

Bulla S. D. N. D. Pij di
uina prouidentia Papæ Quarti super Confir
matione œcumenici generalis Concilii
Tridentini.



PIVS EPISCOPVS SERVVS SER
uorum Dei Ad perpetuam Rei Memoriam.



BENEDICTVS Deus, & pater dñi nostri IESV
CHRISTI pater misericordiarum, & deus toti
us cōsolationis: qui respicere dignatus ecclesiam
suā sanctam, tot procellis & tempestatibus agita
tam atq; vexatam, & grauius indies laborantē ap
to tandē ei subuenit optatoq; remedio. Ad pluri
mas, et perniciosissimas hæreses extirpandas, ad
corrigen dos mores, & restituendam ecclesiasticā
disciplinā, ad pacem, & concordiam Christiani populi procurandam in
dictum iam pridem in Ciuitatem Tridentinam œcumenicum, & generas
le Conciliū à piæ memoriæ Paulo III. prædecessore nostro, & sessione
bus aliquot habitis ceptum fuerat. Ab eius autem successore Iulio in ean
dem urbem reuocatum, post alias sessiones celebratas variis impedimen

epistola Comp. de Sess. de Sal. A

rincipis Apostolorum, & in ecclesia Lateraneñ. tunc cum in eis pos-
 s, vt missarum solemnibus interfit congregari solet palam, & clara
 voce recitentur, & postquam recitate fuerint ad valuas earum Ecclesiarũ
 Itemq; Cancellariæ Apostolicæ; & in loco solito Campi Floræ affigantur
 ibiq; vt legi, & omnibus innotescere possint aliquantisper relinquatur.
 Cum autem inde amouebuntur relictis de more ibidem exemplis in Al-
 ma Vrbe ad impressionem tradantur quò comodius per Christiani nomie-
 nis Prouincias, & Regna diuulgari possint. Trãsumptis quoq; earum quę
 manu alicuius publici Notarii scripta subscriptaue, & sigillo, ac subscri-
 ptione alicuius personę in dignitate ecclesiastica constitutę munica fue-
 rint fidẽ sine vlla dubitatione haberi, mandamus atq; decernimus. Nul-
 li ergo omnino hominum liceat hanc paginam, nostrę confirmationis,
 monitionis, inhibitionis, reservationis, voluntatis mandatorum, & de-
 cretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc
 attemptare præsumperit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum
 Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum.

Dat. Romæ Apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicę
 Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Tertio. Septimo kl. Februarii.
 Pontificatus Nostri Anno Quinto.

✠ Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

✠ Ego F. Car. Pisanus Ep̄s Ostien. Decanus.
 ✠ Ego Fed. Card. Cestus episcopus Portuen̄
 ✠ Ego Io. Card. Moronus ep̄s Tusculan̄.
 ✠ Ego A. Card. Farnesius Vicecan. ep̄s Sab.

✠ Ego R. Card. S. Angeli Maior penitenti.

✠ Ego Io. Cardinalis S. Vitalis.
 ✠ Ego Io. Michael Card. Saracenus.
 ✠ Ego Io. B. Cicada Card. S. Clem. ff.
 ✠ Ego Scipio Cardin. Pifarum.
 ✠ Ego Io. Cardinalis Reomanus.
 ✠ Ego F. M. G. Cardin. Alexandrinus.
 ✠ Ego Clemens Card. Aręcali
 ✠ Ego Ia. Card. Sabellus.

✠ Ego B. Cardinalis Saluiatus.
 ✠ Ego Ph. Card. Aburd.
 ✠ Ego Lud. Card. Simoneta

✠ Ego F. Car. paciëccus, y de to.
 ✠ Ego M. A. Card. Amulius.
 ✠ Ego Io. Franc. Card. de Gambara.
 ✠ Ego Carolus Card. Borromeus.
 ✠ Ego M. S. Card. const.
 ✠ Ego Alph. Card. Gesualdus.
 ✠ Ego Hip. Cardinalis Ferrar.
 ✠ Ego Franciscus Card. Gonzaga.
 ✠ Ego Gui. Asc. Diac. Cardinalis Cam.
 ✠ Ego Vitellotius Cardin. Vitellius.



Ant. Florëbellus Lauellinus.
 H: Cunyn.

ROMAË Apud Antonium Bladum Impressorem Cameralem.